



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Prosper Cribellius Philippum sequitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

40 Christi Pauli III. Pap. Ætatis  
1548. 14. 34.

mercaturam faciebant, hanc verbi  
Dei capti sunt, atq; à perdita vita ad  
honestam reuocati.

Illud non inuoluā silentio: Qui  
initio huic Societati nomina dede-  
runt, non vulgari claruisse sanctita-  
te. Coquus n. domi, vt B. Patre nar-  
rante didici, ad eam vitæ puritatem  
venerat, vt, Deo adiutore, tantam  
in orando facultatem adeptus sit,  
vt è cœli, syderumque aspectu, quo  
maximè capiebatur, confessim in  
Dei notitiam, amore inq; raperetur.

Alter erat, qui cum graui oppres-  
sus morbo in lectulo iaceret, Mar-  
garitæ sorori, Scribe, dixit, feria  
sexta, hora tali, certam designans,  
moriar. Quod & factum est.

Iesu Christi anno Pauli III. Pap. anno Ætatis anno  
1549. 15. 35.

*Prosper Cribellius Philippum sequitur.*

C Vm Philippus anno huius sæ-  
culi quadragesimo nono, o-  
mnibus neruis contenderet, atq; in

hoc

hocelaboraret, vt nouos Christo filios acquireret, Prosperum Cribellum ciuem Mediolanensem eidē lucrificit; is vbi primūm ipsius horātu Dei colendi desiderio accendi se sensit, illico ad Ioannem Polacum Societatis Iesu Sacerdotem, animo confitendi de peccatis suis venit. Sed cum is sacramentalem absolutionem Prospero denegaret (quod ab ædibus viri nobilis, apud quem auctoritatis habebat plurimum, vbi multæ se se illi grauissimè delinquendi dabant occasiones, recedere nolebat) Beatum ille mox Patrem mœstus adit, eiq; rem totā, vt erat, exponit, rogatque obnixè precibus pro animæ suæ salute insistat. Huic Philippus bonum habere animum iusso, operam pollicetur suam, nec sane frustra: Prosper enim breui B. Patris precibus adiutus, ab omni ea difficultate, molestiaque ab illa domo abeundi liberum se, solutumque aduertit.